



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 11. De impedimento ægræ mentis,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

nuncium accepit de morte prioris, quanto cuncte anno-  
rum spatio is absurdi. Hanc esse constitutam a Clemente  
tertio, habetur ex cap. In præsentia De sponsi. & à Lucio ter-  
tio, ex cap. Dominus De secundis nuptijs. Moderata est autē  
postea per Innocentium tertium in cap. finali De lite non con-  
test. Si autem r. vbi habetur, quod iudex Ecclesiasticus in  
tali causa procedere non debeat, nisi verosimiliter præsumatur  
de morte viri: quod quidem indicat ad procedendum,  
aliquando sufficere posse indicia quæ pariant verosimilem  
præsumptionem. Quando sint vero talia, quæ sufficiant, vt  
& quando nuncium accepit: um de vii morie sit certum sufficiens,  
relicet est prudentis arbitrio attentis circumstantijs occur-  
rentibus.

Secunda propositio est: Mulierem posse bonâ conscientiâ secundo viro nubere, quando talis est publica fama, aut  
talia adiunt indicia de morte prioris mariti, ut indicio Ecclesiastici Iudicis alteriusq; prudentis, boniq; viri, faciant verosimilem præsumptionem. Hæc præterquam ex præcedenti  
sequitur, habetur etiam ex eo, quod falli possit is qui mittit  
certum nuncium: ita vt hoc non excludat omne periculum  
deceptionis: & nihilominus potest sufficere ad excusationem  
secundarum nuptiarum, ex cap. In præsentia, & ex cap. Do-  
minus ante citatis. Igitur sufficere quoq; poterunt alia indi-  
cia, quæ faciant non minorem probabilitatem quam idip-  
sum certum nuncium.

De qua probabilitate aduerte, talem esse debere, vt exclu-  
dat omnem contrariam, quæ rem faciat dubiam: aliqui ei-  
nun esset abstinendum a secundis nuptijs, quod nullum ha-  
bet periculum, non autem illas inire; in quo periculum esset  
tum nullitatis matrimonij, tum etiam adulterij. Pro quo fa-  
ciunt quæ Sanchez tradit in memorata disputatione. 46. quæstio. i.  
qui & in sequenti quæst. 2. bene docet viuis testimoniū de  
morte prioris mariti non sufficere vxori ad licet nobendum  
alteri: quia si in cauīs pecuniarijs dictū viuis, insufficientis  
est; multo minus sufficiet in causa secundi matrimonij, in  
qua imminentia dannā peccati, invaliditas Sacramenti, in-  
famia, & dedecoris, si vir ipsius superfluitas sit. Excipit autē in  
fine ei, idem quæstionis casum in quo ob loci distantiam nō  
posset haberi alia probatio: & qualitas personæ, & verifi-  
cavitudo eorum quæ dicit, prudens iudicet fidem esse ei ad-  
hibendam. Ex eodem fundamento tenendum videtur eti-  
am quod idem multis pro se citatis tenet, solam famam non  
sufficere ad probationem mortis mariti, nisi alijs adminicu-  
lis fuleatur: vt quod ea sit longi temporis & cōstans in loco  
vbi maritus morabatur, & ex alijs id genus, quæ ipse Sanchez  
citatis authoribus refert: additis conditionibus quas fama  
requirit, vt plene vereq; probata cœleatur: quæ cum spectet  
ad vium fori externi, ei cui libuerit ipsum videndas relin-  
quemus.

Tertia propositio est: Mulierem quæ priuata etiam au-  
thoritate, nuplū secundo viro, non esse ab eo separandā per  
Iudicem Ecclesiasticum, nisi certo confiterit, quod prior  
maritus viua. Hæc deducitur ex eo, quod talis mulier eidem  
secundo viro postulantur, non debeat negare debitum; quan-  
do ipso de morte prioris viri adhuc sibi dubitandum existi-  
mat, ex cap. Dominus, De secundis nuptijs.

Quarta propositio est: Mulierem quæ siue temere, siue iu-  
fisi argumentis submixta contraxit cum secundo viro, si po-  
sa sciuenter priorem maritum viuere, debere ab hoc posteriori  
abstinere. Quod si nesciat certo, credat tamen leuite, &  
siue iufisi argumentis, debet ad consilium sui pastoris dubita-  
tionem huiusmodi deponere, libereq; non modo reddere,  
sed etiam petere debitum. Sin credulitas eius probabilis sit  
& discreta, utpote innixa verosimilibus coniecturis & argu-  
mentis, tenetur quidem reddere debitum eidem secundo vi-  
ro petenti: sed illud ab eo petere non potest. Hæc habetur  
ex cap. Inquisitionis De sententiis, excommunicatis. Pari autem  
ratione, quando matrimonium ratum solummodo, nec cō-  
summatum fuerit, iudicandus est de muliere, quæ cum se-  
cundo viro contraxerit, eo quod crederet priorem illum in-  
gressum esse religionem: nam si res alteri se habere depre-  
hendatur, ipsi priori adhærere compelletur, etiamsi secun-  
dum matrimonium fuerit consummatum ex cap. Licit De  
sponsa duorum. Id quod Couarr. tractat in Epitome part. 2.  
cap. 7. §. 3. num. 5.

ALIA difficultas hæc occurrit, An ille qui exissimans uxo-  
rem suam adhuc viuere, cum esset mortua, contraxit cum se-  
cunda, valide contrarerit. Ad quam cum Sylu. Matrimonium  
8. quæs. §. 5. Nauar. in Enchir. cap. 22. nu. 56. distinguendo re-  
spondet: quod si talis putarit se posse vxorem secundam du-  
cere viuente priore, quantumcum, sciret id esse peccatum, tunc  
matrimonium fuisse validum: quia vere habuit intentionem:  
cōtrahendi; neq; interuenit impedimentum coniugij, scilicet prior  
vxor iam esset mortua. Sed si existimarit se non posse tale  
quid: utpote sciens contractum cum secunda, viuente priori,  
non esse matrimonium: tunc invalidum esse matrimonio-  
num, quia non habuit intentionem contrahendi, sed solum  
decipiendi. De eo qui in tali casu vniuersitate intenderet matri-  
moniū contrahere, non distinguendo an possit, vel non pos-  
sit valide contrahere viuente adhuc uxore, dicendū videtur  
quod valide contrahat: cum intendat contrahere eo modo  
quo potest, nec subtiliter impedimentum coniugij, nec aliud, ut  
supponimus, dirimens matrimonium.

Cæterum ille qui sciens uxorem adhuc viuere, dicit se-  
cundam: præter peccatum mortale, quinque penas incur-  
rit. Nam in capit. 2. De sponsa duorum, illi imponitur vt  
quadraginta diebus in pane & aqua iejunet, & septem se-  
quentibus annis poneat. Deinde fit irregularis, ex capit.  
Nuper De bigamis. Tertio, contrahit matrimonij impe-  
dimentum unum de minoribus, significatum nomine cri-  
minis, de quo in sequenti sectione tertia. Quarto, efficitur  
ipso iure infamis, ex citato cap. Nuper. Ac tandem incur-  
rit penas alias adulterij, & stupri, de qua re Couarr. in cit. §.  
3. numer. 6. & 7.

## C A P. XIII.


## De impedimento Vis, seu Metus grauis.

## S V M M A R I V M.

- 75 Duo modi quibus vis seu metus grauis potest impediare matrimoniū: & diversas fori exterioris & interioris in iudi-  
cando de confessu in matrimonium.
- 76 Quatuor conditiones requiriuntur: vt per metum reddatur matrimonium invalidum: quarum prima est, vt malum quod timet, sit graue.
- 77 Idem q; probabilitate immineat; nec necesse est grauius esse ma-  
trimonio ingrato, dummodo vere sit graue.
- 78 Secunda conditio requiriuntur: vt metus sit extrinsecus ab homine  
incusus. Et tertia, vt sit in usus ad obtinendam celebratio-  
nem matrimonij.
- 79 Quarta, vt sit iniuste incusus, & nonnulla quæ ex ea infe-  
runtur.
- 80 Quipermetum cadentem in constantem virum matrimonium  
contrahit, non peccat vt contrahens invalidum.
- 81 Metus peccati mortalis, confitetur cadens in constantem virum,  
& de veniali quid tenendum.
- 82 Metus amicoris bonorum, metus infamie, metus excommuni-  
cationis, & metus luci cessantis, quatenus censeantur ca-  
dere in constantem virum.
- 83 De metu reverentiali: quatenus ex eo contractum matrimonium  
sit validum.
- 84 Moderatio cum qua idem accipiendum est: & de minus con-  
siderante metu reverentiali.
- 85 In quos cadat metus reverentialis: & an importune preces ad-  
iungunt eisdem metui, ipsum facient cadentem in virum con-  
stantem.
- 86 Quatenus non possint aut possint inferiores à superioribus com-  
pelli ad matrimonium.
- 87 Matrimonium cōtractum metu cadente in constantem virum  
non redditum validum per adiectum iuramentum, nec vim ha-  
bere sponzaliorum.
- 88 Nulla est obligatio contractum matrimonij per metum cadentem  
in constantem virum, initi de futuro, etiam si adiectum sit  
iuramentum de non contraeniendo ei.
- 89 Obiectio in contrarium solutione.
- 90 De dubio an validū sit matrimonium contractū & consumma-  
tum metu cadente in constantem virum, aliud tenendum quoad  
forū extēnum, aliud quoad internū, & quid.

tantum personis contrahendum: ut quartum, quintum, sextum, decimum & undecimum, hoc est, cognatio, crimen, nempe adulterium iunctum homi idem in via ad futurum matrimonium, cultus disparitas, honestas publica, & affinitas. Videri possunt Bellarminus in libro De matrim. cap. 18. & Sanchez in lib. 7. disp. 6.

Distinguunt adhuc aliter eadem maiora impedimenta; quod quedam sint iuri naturae; nimur quia recta ratio dictat impedit matrimonij contractum, eleutum a Christo in Sacramentum: quedam vero tantum sint iuri Ecclesiastici. Vnde sit ut in his auctoritate publica dispescari possit: non item in illis. De singulis in particulari dicturi: primo, considerabimmo maiora, quae sunt iuri naturae; secundo, maiora quae sunt iuri tantum Ecclesiastici: & postremo loco minora. Quae autem dicentur de viro erunt pariter intelligentiae de feminis, & e contra, nisi aliud annotetur.



## TITVLVS PRIMVS.

De maioribus matrimonij impedimentis que  
iuri sunt naturae.

**I**sta sunt sex, indicata hoc versu:

Mens egra, ac continuus vis, error, inceptia, sanguis: Quorum sensus est: carere vnu rationis, conjugatum iam esse, cogi ad contrahendum, errare circa personam cum qua contrahitur, ineptu esse ad carnalem copulam, & consanguineum esse illi cum quo contrahitur, de iure naturae impedit matrimonium. Cui, quatenus requirit consensum liberum, repugnat mens egra, vis, & error: & quatenus significat vniuersitati Christi cum vniuersitate Ecclesie coniunctione, aduersatur ipsum contrahere cum pluribus, quam cum uno vel una. Ac demum quatenus institutum est ad liberorum procreationem, repugnat non modo inceptia; sed etiam sanguis, qui naturaliter facit illud auersari.

## C A P . XI.

## De impedimento egrave mentis.

## S V M M A R I V M.

66. *Defectus agravementis, seu vsus rationis, impedit matrimonij validitatem.*

67. *Amentes non sunt permittiendi coniungi etiam si id experant.*

68. *Quando sit aut non sit peccatum inire matrimonium cum furioso habente lucida interualla.*

66.

**Q**uoniam ad matrimonium liber consensus requiritur, per tradita in precedenti cap. 3. n. 12. nec talis esse potest, nisi ad isti rationis vius: illos in quibus est defuerit, neceps est ad matrimonium inhabiles esse. Et ita pueris contrahentibus vnu rationis, matrimoniu nullum esse ex defectu consensus, habetur ex cap. Tuus fraternitati De sponsalibus in fine. Similiter perpetuo furiosis vel amentibus, contrahentibus, ex defectu quoque consentius, nullum est matrimonium ipsorum ex cap. Dilectus De sponsalibus.

67.

Neglixitur esse duos amentes coniungere: imo prohibetos esse, si coniungi velleant, bene probat Sotus in 4. dist. 34. sub finem: cum quia fieret proliuiniuria: quia quantumcumque per aliam personam prouideretur illius educationem, non obtinaret tamen illi graui in modo, quod amens naferetur; deinde quia alienum est a ratione permettere ut homines belluarum more carnaler coniungantur: nec refert, quod in eo non peccarent deslititratione. Nam si blasphemaret, vel aliud legi naturae repugnans attarent, sine dubio colibendi essent.

68.

Quod si furiosus lucida habens interualla matrimonium contrahat: atque tunc, cum contrahit compositus mentis validum est matrimonium, ex cap. Neque furiosus 32. quæstio. 7. vbi glossa id annotat. Verumtamen si inde probabile mortis periculum, vel vxori vel infantibus immineret, peccatum esset mortale cum tali contrahere. Sin tale peri-

culum abesset, non videretur peccatum esse plusquam veniale, aut forte nullum esse. Quia si tali vxorem ducere licet, iuxta Apostolum in priore ad Corinth. 7. ad uitandum fornicationis peccatum cui obnoxius est (ne enim ab eo liber est omnino, sicutis qui perpetuo caret vni rationis) licet quoque feminæ nubere illi, cum spes facit probabilis & se & prolem conseruandi ab illius furia.

## C A P . XII.

## De impedimento coniugii.

## S V M M A R I V M.

69. *Stante matrimonio, etiam non dum consummato, secundum iniri non potest: non obstante quod alter coniunx probabilitetur mortuus.*

70. *Duo conditions requiriunt ut mulier possit tutam conscientiam inire secundas nuptias.*

71. *Quatenus indititia, aut fama de morte mariti possint suffi-  
cere feminæ, ad contrahendum licite cum secundo.*

72. *Non est separanda mulier eo solo nomine, quod propriæ autho-  
ritatis nupserit: & ad quid ea tenetur, ut cù dabit at an prior  
maritus adhuc vivat, aut seit adhuc vivere.*

73. *Quando sit validum matrimonium contractum mortua ux-  
ore, quam maritus qui contrahit existimat vivere.*

74. *Prem: ducentis vixorem priore adhuc vivente.*

**C**um sit contra rationem matrimonij a Christo in Sacramentum institutum, ut patet ex dictis traditum primo cap. 1. num. 4. quod vniuersi viri plures simul sint vxores: vel vniuersi vxoris plures simul sint viri: dubium non est, quin per legitimum matrimonium habere iam coniugem, sit tale impedimentum contrahendi secundum, ut reddat ipsum omnino inuiditum. Quod verum est non modo cum prius matrimonium fuerit carnali copula iam consummatum, sed etiam cum nondum fuerit, ex cap. 13. & vlt. De sponsa duorum. Atque hinc est quod si mulier existimat probabilitatem virum suum mortuum esse, secundo viro auctoritate iudicioq; Ecclesiæ nubat, etiam si cum eo manerit diutissime, non ideo tamen prius matrimonium disoluatur, siq; prior vir ipsius reuertatur, debeat ad illum redire: ut habetur 34. quest. 1. cap. 1. Quanquam, ut ex eod. cap. habetur, non conficitur talis mulier peccasse, adulteria; fuisse: nisi secundo viro adhæserit, postquam primum adhuc vivere cognovit, ex cap. Si virgo, eadem quest.

**C**ATERVM ut intelligatur quando mulier possit tutam conscientiam accipere secundum virum, dum prior non comparet, & probabilitate puratur mortuus (de qua re late Sanchez libr. 2. disput. 4. 6.) obseruandæ sunt duas conditions ad id necessaria, iuxta cap. 2. De secundis nuptijs. Prior est, ut mulier ipsa vere sibi persuadeat priorem virum suum mortuum esse: aliqui enim agerent contra conscientiam: quod non licet. Posterior est, cum faciles sint mulieres ad tale quid si persuadendum, ut id credat non leui de causa, sed iusta: & argumento moraliter certo. Quod argumentum, cum triplex al- signari possit iuxta glossam ad cap. finale, De lite non contente, verbo Presumatur, nempe certus nuncius, fama communis, & indititia quae dignantur vechementem in presumptionem; ut v.g. quod ille prior vir fuerit valde senex, absfueritq; multis annis: aut quod ingressus sit præsumum nec amplius viuis. Atq; constat quidem mulierem, cum accepit certum prudens iudicio nuncium de morte prioris viri, posse alteri nubere, ex cap. In presentia De sponsalibus in fine.

**S**E ID AN AD IDEM sufficiunt fama & indititia prædicta, veretur in controv ersia. Communior autem sententia (quam cum Sylvestro Matrimonium 8. questio. 13. tenet Nauar. in Enchir. cap. 22. num. 53. ac tribus sequentibus: tenet item Sotus in 4. dist. 37. sub finem: atque Couarr. in Epitome quarti Decretalium parte 2. cap. 7. §. 3. num. 3. & 4. plureisque alij quos Sanchez topo citato quest. 3. refert) declaratur his propositionibus.

Prima est: Iudicem Ecclesiasticum non debere mulieri facultatem concedere, ut secundo viro nubat, donec certum

nuncium